

vero lapidauerunt. Iterū mi-
sit alios seruos plures priori-
bus: et fecerunt illis similiter.
Mouissime autē: misit ad eos
filiū suū dicens. **V**erebunt
filiū meū. Agricole autē vi-
dentes filiū: dixerūt intra se.
Hic est heres. **V**enite occida-
mus eū: et habebim⁹ heredi-
tatem ei⁹. **E**t apprehensū eū
eiecerunt extra vineam: et oc-
ciderunt. **C**um ergo venerit
dñs vinee: quid faciet agri-
colis illis? **R**espondunt illi. **N**on
male p̄det: et vineaz suā
locabit alijs agricolis. qui red-
dant ei fructum t̄pibus suis.
Dicit illis iesus. **N**unq̄ legi-
stis in scripturis. lapidē quez
reprobauerunt edificautes hic
factus est in caput anguli. a
domino factū est istud. et est
mirabile in ocul⁹ nr̄is. **I**deo
dico vobis: quia auferetur a
vobis regnū dei. et dabitur
genti facienti fructus eius.
Et qui ceciderit super lapidē
istum: confringetur. **S**uper
quez vero ceciderit: conteret
eum. **E**t cum audisset princi-
pes sacerdotū et pharisei pa-
rabolas eius. cognouerūt qđ
de ipsis diceret. **E**t querentes

eum tenere timuerūt turbas
quoniam sicut p̄phetam: eūz
habebant. **O**ffer. **D**omine in
auxilium meū respice cōfundant̄
et reuerentur qui querunt aīam
meam ut auferāt eam. **S**ecreta

Hec in nobis sacrificia de-
us et actione p̄maneāt
et operatione firmentur. **P.**

R. **Tu domine seruabis nos ⁊**
custodies nos a generatione hac
in eternum. **P**ost communio.

Nac nos dñe q̄s accepto
pignore salutis eterne.
sic tēdere p̄gruēter: vt ad eā
p̄ueire p̄ssim⁹. **P.** **S**up p̄p̄s.

Qua quesum⁹ domine po-
pulo tuo salutem metis
et corporis: vt bonis operibz
inherendo. tue semper virtu-
tis mereatur protectione de-
fendi. **P.** dñm. **S**abbato ad
sanctū marcellinū et petrum

Lex domini irreprehēibilis
conuertēs animas testimo-
nium dei fidele sapientiā prestās
paruulis. **P.** **L**eli enarrant glori-
am dei et opera manū eius an-
nunciat firmitamentum. **G**loria.

Qua quesumus **C**ollecta.
domine nostris effectū
ieiunijs salutarem: vt casti-
gatio carnis assūpta: ad no-

strarum vegetationē transe-
at animar. **Ps. Lectio libri**

In diebus illis: **genesis.**

Dixit rebecca filio suo ia-
cob. Audiui patrem tuum lo-
quentē cū esau frē tuo: et di-
centem ei. Affer mihi de ve-
natōe tua. et fac cibos vt co-
medam: et bñdica; tibi corā
domino anteq̃ moriar. **N**ūc
ergo fili mi adquiesce cōsilijs
meis: et pergens ad gregem
affer mihi duos hedos opti-
mos: vt faciā ex eis escas pa-
tri tuo quib; libenter vescet̃.
Quas cū intuleris et come-
derit: benedicat tibi priusq̃
moriar. **Q**ui ille respōdit. **N**o-
sti qđ esau frat̃ meus homo
pilosus sit ⁊ ego lenis: **S**i at-
trectauerit me pater meus et
senserit: timeo ne putet me si-
bi voluisse illudere. et indu-
cat sup me maledictōē p be-
neditōē. **A**d quē mater. **I**n
me sit ait ista maledictio fili
mi: tantū audi vocē meam ⁊
pergens affer q̃ dixi. **A**bijt et
attulit: deditq; matri. **P**ara-
uit illa cibos sic nouerat velle
patrem illius: et vestib; esau
valde bonis quas apud se ha-
bebat domi induit eū. **P**elli-

culas q; hedorū circumdedit
manib; et colli nuda pterit.
Dedit pulmentū ⁊ et panes
quos coxerat tradidit. **Q**uib;
illatis dixit. **P**ater mi. **A**t il-
le respōdit. **A**udio. **Q**uis es
tu fili mi: dixit q; iacob. **E**go
sum esau primogenit⁹ tuus:
feci sicut pcepisti mihi. **S**ur-
ge. sede. et comede de venatō-
ne mea: vt bñdicat mihi aīa
tua. **R**ursū ysaac ad filiū suū
Quō inquit tamcito inueni-
re potuisti fili mi: **Q**ui respō-
dit. **V**olūtas dei fuit: vt cito
mihi occurreret qđ volebam
Dixit q; illi ysaac. accede huc
vt tangas te fili mi: et pbem
vtrū tu sis fili⁹ me⁹ esau an n̄
Accessit ille ad patrē: et pal-
pato eo dixit ysaac. vox qui-
dem vox iacob est: sed man⁹
manus sunt esau. **E**t nō co-
gnouit eū: quia pilose man⁹
similitudinez maioris expres-
serant. **B**enedicens ergo illi
ait. **T**u es filius meus esau:
Respōdit. **E**go sum. **A**it ille.
Affer inquit mihi cibos de
venatione tua fili mi: vt be-
nedicat tibi aīa mea. **Q**uos
cum oblatos comedisset: ob-
tulit ei etiam vinum. **Q**uo

hausto : dicit ad eum. **A**ccede ad me: et da mihi osculum filii mi. **A**ccessit: et osculatus est eum. **S**tatim quod ut sensit vestimentorum illius fragrantiam benedicens ait. **E**cce odor filii mei sicut odor agri: cui benedixit dominus. **D**et tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam frumenti et vini: et seruiant tibi populi. et adorant te tribus. **E**sto dominus fratrum tuorum: et incurventur ante te filii matris tue. **Q**ui male dixerit tibi sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. **V**ix ysaac sermonem impleuerat: et egresso iacob foras: venit esau. **C**octos quod de venatione cibos. intulit patri dicens. **S**urge pater mi. et comede de venatione filii tui: ut benedicat mihi anima tua. **D**ixit quod illi ysaac. **Q**uis enim es tu? **Q**ui respondit. **E**go sum filius tuus primogenitus esau. **E**xpauit ysaac stupore vehementi: et ultra quam credi potest admirans ait. **Q**uis ergo ille est qui dudum captam venationem attulit mihi. et comedi ex omnibus primum tu venires. **B**enedixi

quod ei: et erit benedictus. **A**uditis esau sermonibus patris. irrugit clamore magno: et consternatus ait. **B**enedic etiam et mihi pater mi. **Q**ui ait. **V**enit germanus tuus fraudulenter: et accepit benedictionem tuam. **A**d ille subiunxit. **I**uste vocatum est nomen eius iacob: supplantavit enim me in altera vice. **P**rimogenita mea antetulit: et nunc secundo subripuit benedictionem meam. **R**ursumque ad patrem. **N**unquid non reseruasti ait et mihi benedictionem? **R**espondit ysaac. **D**ominum tuum illum constitui: et omnes fratres illius seruituti eius subiugavi. frumento et vino: stabiliui eum. **E**t tibi post hec filii mi ultra quid faciam? **Q**ui esau. **N**umquam unam benedictionem inquit tantum habes pater? **M**ihi quoque obsecro ut benedicas. **C**umque eiulatu magno fleret: motus ysaac dicit ad eum. **I**n pinguedine terre et in rore celi desuper: erit benedictio tua. **Graduale.** **B**onum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. **V.** **A**d annunciandum mane misericordiam

diam tuam et ueritatem tuam per
noctem. **Secundum Lucam.**

In illo tempore: Dicebat
Iesus turbis iudeorum. Ho
mo quidam habuit duos fili
os: et dixit adoloscencior ex il
lis patri. **Pater:** da mihi por
tionem substantie que me cō
tingit. **Et** diuisit illis substanti
am. **Et** nō post multos dies
congregatis omnibus adole
scentior filius peregre pfectus
est in regionem longinquam. et
ibi dissipauit substantiam suam
uiuendo luxuriose. **Et** postquam
omnia consummasset: facta est
fames valida in regione illa
et ipse cepit egere. **Et** abiit et
adhesit uni ciuium regionis
illius: et misit illum in villam
suam ut pasceret porcos. **Et**
cupiebat implere uentrem suum
de fiquis quas porci mā
ducabāt: et nemo illi dabat.
In se autem reuersus: dixit.
Quanti mercenarij in domo
patris mei abundant panibus
ego autem hic fame pereor.
Eurgam et ibo ad patrem meum:
et dicam illi. **Pater:** peccaui
in celum et coram te: iam
non sum dignus vocari filius
tuus. fac me sicut vnus ex merce-

narjjs tuis. **Et** surgens: venit
ad patrem suum. Cum autem
adhuc longe esset: uidit illum
pater ipsius. et misericordia
motus est. **Et** occurrens cecidit
super collum eius: et oscu
latus est eum. **Dixit** quoque ei filius.
Pater peccaui in celum et
coram te: iam non sum dignus
vocari filius tuus. **Dixit** au
tem pater ad seruos suos. **Li**
to proferte stolam primam et
induite illum: et date anulum
in manu eius. et calciamenta
in pedes. **Et** adducite vitulum
saginatum et occidite: et mā
ducemus et epulemur: quia
hic filius meus mortuus erat et
reuiuit. perierat et inuentus
est. **Et** ceperunt epulari. **Erat**
autem filius eius senior in a
gro. **Et** cum veniret et appro
pinquaret domui: audiuit sym
phoniam et chorum. **Et** vo
cavit vnum de seruis: et in
terrogauit que hec essent. **Is**
quoque dixit illi. **Frater** tuus venit
et occidit pater tuus vitulum
saginatum. quia saluum il
lum recepit. **I**ndignatus est
autem: et nolebat introire.
Pater ergo illi egressus: ce
pit rogare illum. **At** ille respo

dēs: dicit patri suo. Ecce tot
annis seruo tibi. et nūq̃ mā
datum tuum preterui: et nū
q̃ dediti mihi hedum. vt cū
aīcis meis epularet. S; post
q̃ filius tuus hic qui deuora
uit substantiam suam cū me
retricibus venit: occidisti illi
vitulum saginatum. At ipse
dixit illi. Fili: tu semp mecu
es: et oīa mea tua sunt. Epu
lari aut ⁊ gaudere oportebat
q̃ frā tuus hic mortu⁹ erat ⁊
reuiuit. **P**ierat: ⁊ inuētus est

Off. Illumina oculos meos ne
quādo obdormiā in morte nequā
do dicat inimicus me⁹ preualui

Ps. Beate. aduersus eū
His sacrificijs dñe concede
placat⁹: vt q̃ p̃p̃is oram⁹ ab
solui delictis. n̄ grauemur ex
ternis. **Co.** **P**ortet te fili gau
dere q̃ frā tu⁹ mortu⁹ fuerat ⁊ re
uiuit perierat ⁊ iuent⁹ ē. **Post cō**

Sacramenti tui dñe di
uina libatio. penetralia
nr̄i cordis infundat⁹: ⁊ sui par
ticipes potenter efficiat. **P**ro

Amiliam. Sup. plin.
Puā q̃s dñe cōtinua pie
tate custodi: vt que ī sola ipe
gr̄e celestis inuititur: celesti
etiā p̃tectōe muniamur. **P.**

**Dominica tercia ad sanctus
Laurentium foris murum.**

Oculi mei semper ad domi
num quia ipse eueller de
laqueo pedes meos respice ī me
et miserere mei quoniam unicus
et pauper sum ego. **ps.** Ad te do
mine leuavi aīam meā deus me⁹
in te cōfido non erubescā. **Coll.**

O Deus vota humilium re
spice: atq̃ ad defensione⁹ no
stram. dexteram tue maiesta
tis extende. **P.** **Ad ephesios**

Patres: Estote imita
tores dei sicut filij l̄m̄i:
et ambulate in dilectione sic
et xp̄s dilexit nos. et tradidit
semetipsu⁹ pro nobis oblatō
nem et hostiam deo in odorē
suauitatis. Fornicatio aute⁹
et oīis immūdia aut aua
ricia nec nominetur in vobis
sicut decet sanctos: aut turpi
tudo. aut stultiloquium. aut
scurilitas que ad rem nō per
tinet. sed magis gr̄arū actio
Hoc autem scitote intelligē
tes: qđ omnis fornicator. aut
auarus quod est ydolorū ser
uitus. non habet hereditate⁹
in regno christi ⁊ dei. **D**emo
vos seducat inanib⁹ verbis.